



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An religiosus possit habere peculium, ex quo possit donare, ita vt
donatarius immunis fiat à restitutione. Cap. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

l. pupil- ¶ Neque pupillus absque tutoris sui autoritate.
lus. ff. de ac- ¶ Neque prodigus qui habet curatorem.
quir. rer. do- ¶ Neque minor viginti quinque annis, quamvis eius
min. donatio valebit si post illos, eam ratam habuerit.
o l. is cui. ¶ Neque personæ ecclesiasticæ de redditibus ecclesia-
de verbor. sticis, nisi ad pia vel modis supra tactis.
oblig. cum ¶ Neque hæretici vel proditores, criminis læsæ maie-
not. per statis, patratōres, nec alij similes quos lex ob sua delicta,
Bart. & a- suis bonis ipso facto priuat. ¶ Quamquam hic asserat Na-
lios. uarrus summa latina. cap. 17. nu. 106. quod donatarij qui
p l. fin. C. si hæc donata à prædictis criminosis receperunt usque ad sen-
maior fa- tentiam declaratoriam ea retinere possunt. Sed hæc
ctus. dicta sunt succinctè.

q cap. cum
secundum ¶ An religiosus possit habere peculium, ex quo possit donare
de heret. e. ita ut donatus immunis fiat à restitutione.
vergentis.

CAP. IIII.

l. 6. l. quis
quis. C. ad
leg. lul. ma-
iest.

AT quoniam non sat est copiosam venationem ex-
 citasse, nisi eam persequamur. Libet iterum singula
 enucleare. Et primò, quia rem gratam me religiosis præ-
 stitutum credo, si materiam ad suum statum attinentem
 primo aperiam, ab eis exordium sumere placet, an reli-
 giosus, vel religiosa, possit habere peculium alicuius rei,
 vel usum illius, vel ad erogandum pauperibus vel ege-
 nis, vel impios vsus expendendum. Et ne per ignota ad-
 minus nota procedamus, libet, primo significatione quid
 nominis peculij interpretari.

à Vide am ¶ Peculium inquam est aliquam rem in particulari
plissimam deputatam habere, & se crestatam ab alijs ad vtendum
definitioe ea, vel iure dominij & proprietaris, possidendo, & defen-
peculij. l. pe dendo eam, vt suam, vel iure solius administrationis, ad
culium. ff. eam administrandam, vel distribuendam secundum cõ-
de peculio. ditiones, & leges ad hoc præstitutas, non tamen ad eam
quem locū alienandum neque distrahendum de ea ultra concessa,
elégatè il vel iure solius vsusfructus, qui est facultas vtendi re, &
lustrat VI fructibus eius in vtilitatem propriam, commodumque
ptam lib. 9. etiam aliorum, salua tamen substantia rei fructuariæ, vn-
 de carpitur fructus; vel iure solius vsus, qui est facultas
 vtendi re ad solus proprios vsus, sine alia facultate alie-
 nandi,

handi, neque administrandi, neque etiam possidendi.

¶ Triplexque inueniri potest inter religiosos genus peculij.

¶ Aliud est peculium reuocabile per prælatum quando ad determinatos vsus est concessum, scilicet ad libros emendos, vel vestuarium. Cuius genus peculij, & administratio illius citra dubium: vt licitum omnino vsu est acceptarum inter religiosos.

¶ Secundum genus peculij est, quando est irreuocabile per suum prælatum, taliter quod interdicere religioso non possit auctoritatem donandi, vel administrandi & alienandi: & hoc genus peculij neque etiam papa qui supremus est prælatus religioso indulgere potest, taliter quod per papam non sit reuocabile: quia hoc esset concedere religioso verum dominium, & proprietatem. Quod est contra sue professionis votum essenziale: vt patet cap. cum ad monasterium, de statu monachorum: neque de hoc controuertitur. Vnde neque vsu fructum, vel administrationem huiusmodi irreuocabilem papa religioso concedere potest.

¶ Tertium genus peculij est, quod licet sit reuocabile per suum prælatum vt primum, sed non est deputatum per prælatum ad certos vsus: sed indifferenter concessum subdito ad vsus sibi libitos, scilicet quando subditus de licentia sui prælati, vel papæ pecunias vel redditus habet ad vsu fructum capessendum & administrationem horum subeundam, & ad alienandum pro libito hæc bona si sint mobilia: dum prælatus in toto, vel in parte hæc licentiam non reuocauerit.

¶ De hoc autem. 3. genere peculij controuertitur inter doctores, nam Gerson. ^b & Gerardus. & Pirrinus alijque ^b Gers. r. non pauci doctores hoc genus peculij danabile esse cen- ^{part. 5m.} sent, taliter quod neq; per papam sit concessibile, quia hinc ^{alpha. 23.} latus aperitur occasione campis ad abusus graues ^{g. c.} contra suam professionem, & quia in cap. Ioannes frater. de regularibus hoc genus peculij religionis interdici videtur, vbi sic habetur: Mandamus ne liceat quem monachum peculiare quippiam habere, & in cap. monachi. de statu monachorum, habetur monachi neque peculium permitantur habere. Et infra monachus autem, qui peculium

b 5

habuerit,

habuerit, nisi ab abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permillum à communione remoueat. Et qui in extremis cum pecuniis inuentus fuerit & digne non poenituerit, neque oblatio pro eo fiat, neque inter fratres accipiat sepulturam & in cap. super quodam, & in c. cum ad monasterium de statu monachorum iubentur isti cum ipsa proprietate in sterquilino sepeliri extra monasterium, & si talis sepultus sit in sacris exhumeretur, si sine scandalo fieri potest. Et nunc Concilium Tridentinum videtur hanc confirmare opinionem, cuius tenorem statim referemus, quae quidem opinio dura esse videtur, ut ait Corduba in tractatu de casibus conscientiae. questione. 54. quia tunc contra practicam antiquam communem, & praesentem omnium religionum pro more habentium contrarium esse videtur: tum quia ante Concilium Tridentinum opposita opinio nullo textu supradictorum improbatur. Quia pro eodem proprietate, & peculium dicta iura versus uocabile explodere contendebant: quia dominij & proprietatis vim continere videtur. Ideo tale peculium habens poenis iuris plectebatur ut pote proprietarius.

c Syluest. Abbas. q. 3. §. 7. Religio. 6. 7. Relig. 8. q. 5.

restamentum. 20 q. 8. q. 2. §. 7.

d Nauar. In tractatu de relictis. Ecclesiasticis.

q. 1. fol. 6. fol. 23. §. 24. nu. 82. §. fol. 86. num. 88. §. 9. 2. fol. 37. nu. 15. 16 §. 17. §. 9. 3. fol. 52. §. 53.

¶ Ideo licet opinio Gersonis locum habeat in fratribus minoribus obseruationis, quorum strictior est regula: sed non in aliarum religionum professis. Item ante concilium Tridentinum opinio secunda vera erat affirmatiua, scilicet quod hoc genus tertium peculij concedi poterat per papam & praelatos religiosi, ergo cum hanc opinionem practica communis religionum confirmaret hactenus, absque euidenti ratione non videtur reprobanda.

¶ Huius sententiae est Syluester cui adheret Nauarus dicens primo papam administrationem istius tertij peculij posse religioso concedere, quia cum sit reuocabile non cesset dominium aut proprietatem illius concedere, quia etiam inter moniales inoleuit usus, quod depositaria monialis sit constituta: quae peculia monialium constata vel ex manuum suarum artificio, vel ex aliter sibi super erogatis elemosynis, custodiat, ut de licentia generali, vel speciali abbatissae, vel priorissae distribuat unicuique petenti, de suo peculio ibi reposito pro suis necessitatibus, & quotidianis usibus. Neque hoc voto paupertatis obstare iudicatur: itaque neque tali voto derogare videtur, si religionis

ligionis prælatus, vel prælata alicui subdito, vel subditæ huiusmodi peculij tertij administrationem committeret, quia hæc licentia non inducit dominium, aut proprietatē.

¶ Secundo iuxta hanc secundam opinionem sustineri posset, nisi concilium Tridentinū obstaret, quod posset, religiosus ante professionem condens testamentum, aliquid redditus, vel census annualis sibi legare iam professio, ad suos usus post professionē necessarios, cum administratione, & usufructu illorum. Dummodo horum reddituum proprietas, vel dominium penes monasteriū, vel aliam personam, vel communitatem remaneret, possetque ex licentia prælati, & non aliter talem administrationem obtinere, & solum pro eo tempore: quo consensus prælati duraverit, etiam si in testamento cōditionem indixerit quod talibus redditibus, per monasterium nequeat abdicari, atque cum pacto, quod eo ipso quod per monasterij prælatum tali administratione, & usufructu nuda detur, monasterium dominium sibi relictum amittat, & religiosus tunc etiā usufructū & administrationē illius.

¶ Atque secundum doctores huius secundæ opinionis in hoc casu monasterium non carebit dominio prædicti census, nisi in testamento, vel pacto donationis expresse adiectum fuerit à donatore vel legante talem religiosum ad id duntaxat temporis, & non ultra re donata posse potiri: usquequo consensus sui prælati duraverit, neque revocaverit licentiam retinendi, nam tunc revocata licentia, monasterij esse desinet, redibitque census ad Dominum, cui de iure videbitur attinere, vel diocæsanus iuxta formam iuris de eo disponet.

¶ Tertio iuxta istam secundam opinionem, exceptis religiosi minoribus, quibus per suam regulam, id est, ventum, reliquis aliarum religionū professis ex licentia suorum prælatorum permittitur executorum testamenti munus subire, siue sui testamenti conditante professionem, seu aliorum administrator fiat religiosus. Huiusmodi enim administratio proprietatem non inducit.

¶ Quarto adiecit, Nauarrus e supradicta omnia exponendo quod cum sint (quatenus ad hoc attinet) quatuor genera religiosorum, aliqui religiosi sunt beneficiati in suis domibus extra monasterium de gentes, cum debita

e Nauarr.
eod. loco.
fol. 52. &

53.

f Nota
quod parē-
tes non ha-
bent in bo-
nis cleric.
vsu fru-
ctū quia
pecunia cle-
ricorū cen-
sentur
quasi ca-
sirentia. l.
sacro san-
ctā. C. de
epi. &
cleric.

debita & sufficienti licentia quibus quasi via ordinaria per priuilegia tamen, illis facultatem facit papa redditus suos administrandi, & dispendendi illos siue in morte, siue in vita in opera pia. f. Aliiquique etiam militares ordines sunt iam licentiam generalem obtinentes, ad testandum, & legandum de fructibus suae commendae dummodo magistro ordinis quoram designatam soluant in vita.

¶ Alij vero sunt religiosi non beneficiati non in monasterijs, sed extra monasteria manentes, cum licentia papae vel alia sufficiente. Qui victum sibi quaerunt de sua industria, & labore partis bonis, vel elemosinis sibi impensis: qui neque conuentibus suis aliquid erogant, neque ab eis aliquid accipiunt. Quibus solet papa similia imperire priuilegia sicut & primis. Quia licet oīa quae isti possident sūt monasterij quoad proprietatem, ceterū nō de bonis monasterij ista lucrati sūt: sed alijs ea sibi cōpararūt vijs.

¶ Alij vero sunt religiosi tertio loco computati, qui neque beneficiati sunt, neque in perfecta communitate viuunt, sed intra septa monasterij, in suis cubiculis vitam agunt qui ex licentia praelati possident quotā pro vestuario, & quotā vini, & panis, & pecuniae pro victu necessario: quatenus sibi deficientia, sibi sua diligentia quaerant, & sibi redundantia, sibi ad suos vsus referunt. Ita Syluester loco allegato cum alijs doctoribus: quibus papa quae fere similia priuilegia solitus est largiri: sicut & primis, quia per hoc papa nihil aliud agit quam eam administrationem bonorum quam ex tacita, vel expressa licentia suorum praelatorum obtinent in vita, prorogare etiam ad tempus mortis.

¶ Alij verō quarti generis sunt religiosi qui simpliciter, strictēque sunt religiosi: quippe qui in suis conuentibus commorantes, perfectae communitatis sunt obseruantissimi: nihil peculiare, aut separatim habentes. Idemque de monialibus hac norma viuentibus, quibus papa non & solitus impendere priuilegium testandi non quia papa id priuilegium indulgendo constituat eos proprietarios: sed quia caruerunt bonis proprijs, vel bonis administrationis in vita, de quibus testari possent in morte. Si aliquis religiosus, vel religiosa magnum cumulū bonorum attulisset ad monasterium, vel post professionem

via

via successione, vel donationis, vel insignis industrie pro-
priae, bonis sic sibi obuenientibus, copiose substantiam
monasterij auxisset: in remunerationem tantorum meri-
torum posset tunc eius superior, & multo potius papa
hanc ei facere gratiam, vt tam in vita quam in morte ali-
quale habere posset peculium ad infumendum in opera
pia, ita Nauarrus supra.

*Quibus
conditioni-
bus conce-
datur pecu-
lium mona-
chs.*

¶ Tandem Corduba tradit, quod licet praelatus cum
suo religioso subdito praestiterit facultatem suscipiendi
munus executoris testamentarij male faciat, si reuocauit
talem facultatem, quia voluntas testatoris maneret
defraudata, tamen reuocatio tenet, quod si papa hanc fa-
cultatem religioso contulisset, iam quantum ad hoc non
maneret sub obedientia inferioris praelati. Quare per il-
lum non posset reuocari, quia papa potest religioso com-
mutare praelatum, vel superiorem, cui teneatur obedire:
& seipsum immediatum praelatum ei praestituere, cum
ab obedientia inferiorum eximendo. Ideo non nihil dis-
criminis agnoscitur inter religiosos & clericos beneficia-
tos, circa administrationem, quia beneficiati administra-
tores sunt perpetui, qui sine culpa, vel causa sufficienti
per ordinarium, vel papam, a functione administratio-
nis nequeunt remoueri, bene tamen religiosi pro libito.

¶ *Quid nunc per Concilium Tridentinum circa votum paupertatis
religiosorum stabilitum sit, & declaratio cuiusdam casus
circa moniales.*

C A P. V.

Q V O N I A M omnia circa hanc quaestionem haec-
tenus asserta a doctoribus, de iure erant antiquo, nunc
vero quid tenendum sit, iuxta sanctionem modernam con-
cilij Tridentini superest, aperiamus, quia concilium Tridentinum
sic decernit *. ¶ Nemini regularium tam virorum quam
mulierum liceat bona mobilia, vel immobilia cuiuscun-
que qualitatibus fuerint, etiam quouis modo acquisita tan-
quam propria, aut etiam nomine conuentus possidere, vel
tenere, sed statim ea superiori tradant conuentuique in-
corporentur, neque deinceps liceat superioribus bona sta-
bilia alicui regulari concedere, etiam ad usumfructum, vel
usum, vel administrationem, vel commendam. Administratio

*2. Concil.
Trid. Sess.
25. cap. 2.*

ALICUI